



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Wernhervs M. 19. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

April. VITÆ SÆNTORVM. 197

exinde cum militibus, quibus hæc miracula fidem fecerant, in fornacem conjectus, altero mane loqui reperitur PHILIPPÆ matri, quæ triennio ante captiva abducta, ad preces filii per Angelum tum erat reducta. Ad volatigitur tyrannus, milites hastâ transfigit, matrem capite multat, THEODORVM ipsum in crucem agit. Sed ille post tot victorias, non petiisset aliud trophyum.
Ex Meneis.

Non est patiendum, ut assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur; agendumque assiduè, ut ex perpetuâ recordatione impressam cordibus nostris piam de Deo cogitationem, velut indeleibile signum circumferamus. S. Bas. in Reg. fus. disput.

S. WERNHERVS M. 19. Aprilis.

VERNHERVS rusticus, ex Treverensi agro, progenies egenis comparabat paratum diurno labore obsonium: vitrici asperitatem, ipse tam miti ingenio, fugere coactus, in opiliones haud paullò mansuetiores incidit; nam & mapalibus fugientem, & esurientem cœnulâ exceperunt, quibus ne oneri foret hospes asymbolus, defixo humi bacillo, novum è terra fontem salire jussit: à Pastoribus digressus in feras incidit; annum enim agentem X IV. Iudæi adhuc Christi in Christianis sanguinem sientes, capite prono columnæ alligant, S. Hostiam ab ore repetituri: loris deinde ac ferro per omnia membra crudelissimè græssati, satis docuerunt quam longè Apellæ omnem humanitatis sensum abjacerint: nam et si triduo inter tormenta exacto, omnium opem ac commiserationem exposceret, eam tamen neque apud judicem argento corruptum reperit, inter acerbissi-

198 VITÆ SANCTORVM 20. April.

mos cruciatuſ id unum habituruſ ſolatiū , quod
pendens demum ad exemplum Christi animam
efflavit. Cadaver ejus in speluncam abjectum eſt,
ne à Iudeis , ſed feris laniatum credi poſſet ; iuſta
nihilo minus ei Cælum perſolvit , multa face circum
cadaver accenſa , quaë WERNHERI innocen-
tiam & Iudæorum crudelitatem detexit. Ex Suri-

Ad celum reſpice , brevissima hujus vitæ termi-
num tibi ante oculos pone ; & cum quo de villicatio-
ne tua rationem poñere debas , ſolitus meditare .
Quid enim proderit hodie auro & gemmis contegi-
fi eras cōtingat nudum & reum ad inferni supplicia
per trahiri S. Pet. Damian. l. 7. Ep. 15.

SS. SVLPITIVS ET SERVILIANVS MM.
20. Aprilis.

Rursum te ad nuptias invitamus , ſed (quem-
admodum ſemper factum eſt) Agni ; qui
imò , ſi luber , ad chōreas etiam , non quidem ut
ducas , ſed ut ſpectes , ſimulq; illud etiam fareatis ,
verum dixiſſe , qui ferè ebrios & iuſanos saltare
dixit. Ecce SVLPITIO Euphrosyna , SERVILIANO
Theodora despondet , & Aurelianuſ Consuliuſ
filio Domitilba promiſit. Iam quatit Hyme-
næus faces , jam locus , jam amor ridet , mox la-
crymas daturi. Nam interea Domitilla Euphrosy-
nam & Theodoram familiares ſuas Christo con-
ciliat ; hæ verò eidem ſponsos etiam ſuos , adni-
tente iterum Domitillâ , dum ejus opera Christum
videt cæcus , & mutus loquitur. At nimirū interea
ſolus Aurelianuſ cœcutit , ſolus hic non ſana lo-
quitur. Quin adeò tibicines jam ſolus conducit ,
& pede frequenti terram pulsans in exitium ſuum
jam pridem Orcum laborat evocare. Iamque duos
omnino